

Secundus phisicorum.

pedibiles ab oppositis dispositionibus inuentis in anima sensibili hoc enī faciunt apprehensa invir tutibus anime sensibilis quod faciunt dispositio nes actuarum qualitatum in corporibꝫ vnde ima ginatione mulieris concepta corpus rotum trans mutatur ad venere a propter quod etiam autem dicitur dicit qꝫ quidam ex ymaginacione lepre leprosꝫ fazetus est et patientibus fluxum sanguinis prohibet galienus aspectum rubicundorum. Si ergo huius modi apprehensa sint contraria motui celi exclu dunt effectum celi alias iuuant. vnde Mesalon di cit qꝫ celestis effectus qui vocatur alatre iuuatur a sapiente astronomico sicut in producendis terre na scientibus iuuatur per seminationem et artez. Itē incertus est numerus spherarum et astrologi i mul tis sibi contradicunt et per diuersas tabulas sup putant et ideo nō videur esse ibi magna certitudo.

¶ Ad quintū dicit. San. Tho. ibidem ca. qꝫ p mos celi non nisi communiter iudicare debemus et conjecturaliter quia non possumus omnia considerare. Ad altud dicit qꝫ non requiritur via sillogistica ad conjecturaliter sciendum de sexu femineo dicit qꝫ semper fit propter occasionem defectus ali cuius principiorum vnde natura particularis nunqꝫ intendit facere feminam sed cum melius fieri non possit ex natura vniuersali fit adiutorium generationi et qꝫ mas frequentius moritur hoc est qꝫ requirit materiam magis perfectam et magis terminatam. Ad id qꝫ dicit de octauo mense dicitur secundum quosdam octauo mense moritur quia saturno attribuitur cui frigiditas et siccitas natum interficiunt sed hoc est falsuz quia multi dicuntur diu superuiuere. vnde contra hoc disputat picus lib. tertio. Causa ergo non est in circulo sed in principiis materie quia quando virtus est habundans et materia diminuta terminata est complexio. 7. mense et nascitur puer licet sit parvus corpore et valde agilis quando autem adequata sunt virtus et materia et quando est superabundans materia tunc non est complexio septimo mense completa sed quiescit per vnam lune conuersionem in. 8. mense et sic exire in nono mense et conualescit s̄ quando est virtus deficiens nascitur octauo mense et moritur vt in pluribus sed hoc non conuenit ex periodo. Notanter dixi vt in pluribus multum enim variationis faciunt complexiones seminaruz et complexiones climatum propter quod. San. T. dicit se vidisse vnam que peperit. 11. mense puerum maxime quantitatis et aristoteles vnam que peperit. 14. mense. Ad aliud de capite gorgonis dicendum qꝫ ille stelle funere sunt propter quod etiam ipse perseus caput aduerso vultu absens tenet s̄ hoc non imponit necessitatem sed facilem inclina tionem. Et eodem modo dicitur de noua veste sic enim radiacio periodi imprimit rebus natura libus ita etiam et artificiatis. Sed contra hoc vide tur esse. Sanctus. Tho. opus. 34. dicens qꝫ non potest esse qꝫ aliquod artificiatum habeat aliquam operationem et virtutem a corpore celesti ad producendum aliquos effectus transcendentis virtutes naturales elementorum quia ex eo qꝫ aliquod corpus sic vel sic figuratur nullam ydoneitatem ma

torem vel minorem habet ad recipiendum impres sionem naturalis agentis quale est celum sed ha bunt operationes consequentes formas substanciales et sic verum aurum et naturale letificat cor nō ait alchimie et saphirus sanguinē constringit. Et. San. Tho. contra gentiles lib. 3. ca. 99. dicit qꝫ quidam parvus piscis retinet nautum ymo vides tur esse supersticiosum qꝫ abstinentem sita noua veste propter lunam existentem in leone.

¶ Ad sextum dicit. San. Tho. qꝫ dictum ouidij in telligendum est sic qꝫ per viam candidam candore iusticie et innocentie peruenitur ad deum. Deinde dicitur qꝫ intelligere anime et angeli sunt diuersarum naturarum. Ad altud dicitur qꝫ illa continua tio non est secundum vnam naturam sed secundū vnum commūne obiectum speculationis pertinetis ad beatitudinem.

¶ Ad septimum patet et dicitur. Et nota qꝫ fatum secundum boetium. 4. de conso. diffinitur sic fatum est inferens rebus mobilibus dispositio. i. ordo per quam diuina prouidentia suis queqꝫ necit ordinibus et est vnum per respectum ad principi um non autem ex parte subiecti et est impedibile sicut cause secunde possunt impediri.



¶ tertium sic proceditur videtur qꝫ natura inten dat producere monstru⁹ qꝫ natura intendit finem sui operis sed monstrum est finis operationis nature ergo intendit monstrum minor patet quia natura auget et nutrit monstrum ergo intendit ipsum. Sed cōtra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum qꝫ Sanctus Tho. Iec. 12. cum philosopho declarat naturam esse de numero caularum illarum que propter aliquid agunt et hoc valet ad questionē de prouidentia. Ea enim que non cognoscunt finem non tendunt in finem nisi directa ab aliquo cognoscente et ideo oportet qꝫ natura ordinetur ab aliquo intelligente.

¶ Et sciendum qꝫ quidam dixerunt naturam non agere propter aliquid. Sed contra ex operatione nature semper inuenitur aliquid fieri quanto me lius et commodius esse potest sicut pes secundum qꝫ est aptus ad gradendum sed dicebant qꝫ hoc nō erat a natura sed contingit sic eueniē sicut dice remus qꝫ pluit non vt frumentum augmentetur s̄ quia vapores eleuati congelantur et conuertuntur in aquam et ideo oportet qꝫ propter grauitatem de scendant. Et sic dicebant qꝫ etiam ex necessitate nature dentes anteriores sunt acuti et apti ad dividendum cibum et maxillares sunt lati et utiles ad conterendum cibum non tamen ita qꝫ propter istas utilitates natura faceret dentes tales vel